

Honores indeptus non tulit Invidiam

Vixit in publicis semper privatus.

Nunquam non alienus semper tamen suus.

Duo haec ardua simul

neXVIt

pLaCVIsse Deo et hoMInIbVs.

Weisthümer des Münsterstiftes zu Bonn

a. d. J. 1289—1291.

Das Weisthumb so bey dem hohen Herren-Gedinge
ahm Leopardt aufm Hoff von undenklichen Jahren
abgelesen wirt, als Lunae post 3 Regum, Lunae post quasi
modo geniti et post vincula Petri.

Der Vogt und Scheffen des hohen weltlichen Gerichts zu Bonn
haben auf anstellung Ihre Dchl. Churf. und Erzbischoffen
zu Cöllen, Unserm Gnädigstem Herrn zuerkandt und zuge-
wießen alle hohe obrigkeit, daß gericht und glaidt, Gebott
und Verbott, Schirm und angrieff, Klockenschlag und nach-
folg, fort alle nasse, drucken und fette maßen, den Marck,
straßen und gassen, fort stegh und Wegh, Wag und Gewicht
und die sümmer zu rechtfertigen, Wasser, Wassergang und
Weiden, fort alle gewaltliche sachen, uebertrifft, überbaue
und alle unrechtfertige Schaffereien; vorbehaltlich dem Prob-
sten zu Bonn sanct Walburgis Messen der dreyen Tagen
seines Rechdens und der Statt Bonn der Roden, fort Ihrer
Privilegien alters herbrachter Gewohnheit und Gebräuche.
(gez.) Joh. Adam Buesten, Gerichtschreiber.

Sententia Officialis Coloniensis pro Praeposito et Ec-
clesiae Bonnensi contra Judices, Scabinos, Senatium et
Communionem Oppidi bonnensis super jure examinandi et
approbandi mensuras et pondera, et puniendi excedentes
et vendentes carnes rancidas et super libertate et immu-

nitate personarum Ecclesiae et Jurisdictione praepoti. in familiam Ecclesiae deliquentem et prolata.

In nomine Dni. Amen. Universis praesentes Literas inspecturis. Officialis Curiae Coloniensis pptuam. rei memoriam. Ne effrons malitia perversorum, quae plures avia rectitudinis aberrantes ducit in devium per impunitatem commissi sibi sumat audaciam liberius delinquendi, expedit ut talium temeritas detestanda Lima correctionis debita mediante justitia reprimatur.

Sane ex parte venerabilium Virorum Praepositi, Decani, et Capituli Ecclesiae Bonnensis coram nobis existit propositum, quod ad praepositos Ecclesiae Bonnensis ejusdem ratione suae dignitatis et officij et Burdecanos ipsorum nomine pertinet et pertinere consuevit de consuetudine antiqua et approbata inquirere et providere ut in oppido Bonnensi justae mensurae et librae ac aequae pondera non immutata a statu antiquo et consueto per aliquam diminutionem sint habeantur et ibidem frequententur: ita quod ipsi praepositi seu Burdecani ipsorum nomine eorundem consueverunt per singulos Annos pondera, libras ac mensuras hujusmodi majores et minores amas et Sextaria et carras quascunque vini in domo ipsorum, seu in aliis Locis infra Immunitatem Ecclesiae Bonnensis, ubi eis hoc placuit, an justae et verae sint examinare et examinatas approbare et in testimonium approbationis hujusmodi Signum combustionis ad hoc consuetum canterio imprimere et eisdem mensuris ponderibus et Libris sic approbatis venditores vini et pistores et venditores panium, quas et quae sic approbatas et approbata recipere debent et tenentur de manu praepositi seu sui Burdecani uti debent et non alys infra oppidum bonnense et suis attinentiis. Item quod panis sigilinis, triticus et mixtus, si praesumptio sit contra pistores, quod diminutos panes non ad justum pondus pinsuerint, ponderari et librari debent per ipsum Burdecanum infra Immunitatem Eccles. bonnensis

in loco ubi sibi hoc placuerit juxta pondus et libram quae frequentantur et habentur in pistrino Ecclesiae bonnensis. Item quod ad propositos et eorum Burdecanos noe ipsorum praedictos juxta consimilem consuetudinem et libertatem Ecclesiae bonnensis pertinet et pertinere consuevit, inquirere, procedere ac punire omnes illos qui dicto oppido falsis mensuris, libris et ponderibus utuntur, seu etiam verius decipiendo contrahentes abutuntur. Illos in super qui vendunt carnes rencidas et immendas, in quibus omnibus ipsi proposito et eorum Burdecani nomine ipsorum soli in solidum et immediatam habent ac habere consueverunt in oppido bonnensi de antiqua et approbata consuetudine Jurisdictionem plenam et liberam potestatem pnniendi.

Item significarunt nobis graviter conquaerendo ydem Praepositus, Decanus et Capitulum, quod Judices, Schultetus et Advocatus, Scabini et Consules, Magistri Civium, caeterique Oppidani bonnensis contra jus libertates et consuetudines antiquas Ecclesiae bonnensis praedictas nimis animose venientes terminis propriis derelictis adillicita et prohibita irreverenter manus illicitas convertentes, non permittunt, ipsum praepositum seu suum Burdecanum nomine suo solo pro ut hoc adipos et non alios pertinet mensuras praedictas, quibus uti debent negociatores in ipso Oppido, an justae et verae sint examinare, idem in hoc eidem Burdecano nisi sunt et utuntur adjungere et adhibere unum de suis Scabinis ut ipsi communiter non in loco consueto, nec ad hoc ab antiquo deputato Scilicet infra Immunitatem Ecclesiae bonnensis praedictam, sed in foro communi, an justae et verae sint examinare, denarium de qualibet mensura contra justitiam extorquendo, panem etiam cujuscunque generis non ad libram et pondus Ecclesiae Bonnensis praedictas, nec infra immunitatem praedictam ut consuetum est per ipsum Burdecanum facinet librari et ponderari, sed per suas libras et pondera

per ipsum praepositum et suum Burdecanum minime approbatas et approbata in foro communi, non in loco debito et consueto faciet librari ac ponderari, illos etiam qui in suis negotiationibus utuntur falsis mensuris, ponderibus et libris seu verius decipiendo contrahentes abundantur, et illos qui carnes randicas et immundas vendunt, quorum cum coertio ad ipsum praepositum et suum Burdecanum solum et insolidum pertinet ut est dictum puniunt poenas pecuniarias et alias ab hoc ab ipsis indebite extorquendo: Imo peiores peioribus addentes libras, pondera et mensuras praedictas sine mandato, consensu et auctoritate dicti praepositi et Ecclesiae bonnensis quod non licuit immutaverunt, antiquis mensuris, ponderibus et libris detrahendo et novas libras, pondera et mensuras per signum combustionis ipsius praepositi seu sui Burdecani praedictum minime approbatas et approbata quae ab hoc falsae et falsa debent non immerito reputari, faciunt et fecerunt, quibus negociatores et Mercatores, Empiores et venditores quotidie in oppido bonnensis ad praecceptum et mandatum praedictorum Judicum Consulium, Scabinorum et oppidanorum contra libertatem et Consuetudinem Ecclesiae Bonnensis supradictas.

Quidam etiam ex ipsis oppidanis Bonnensibus, ut potestatores de quolibet maldero tritici reservant sibi 6. Denarios Colonienses, et pondera panis tritici ab hoc diminuant et aliis vendunt, Emptores in hoc decipiendo contra commune bonum et publicam utilitatem, et contra voluntatem praepositi, Decani et Capituli et antiquam libertatem eorundem. Judicibus, Consulibus, Scabinis et aliis majoribus dicti oppidi hoc scientibus et non contradicentibus.

Item novas exactiones, accisias et collectas et extorsiones illicitas quocunque noe. censi debent, vino, blado et rebus aliis, ac mercimoniis quibuscunque quae venduntur in oppido bonnensi contra justitiam et publicam

utilitatem de novo imposuerunt et imponunt, et de die in diem ab hoc contra justitiam exigunt et extorquent magnam pecuniae quantitatem.

In super et familiam Servientes et officiatos praepositi, Decani et Capituli et Canonicorum dictae Ecclesiae, tqm. in caeteros suos Cooppidanos sibi contra justitiam vendicant et usurpant jurisdictionem contra libertatem Ecclesiae bonnensis, cum in hoc nullam consueverunt habere jurisdictionem, nisi causas et excessus tam graves et enormes propter effusione Sanguinis vel mutilationem membri forsitan emergerent, propter quos ad Altum iudicium esset merito recurrendum, ab ipsis etiam familia et Servientibus et officiatis talias, accisias et collectas novas minus juste contra justitiam et libertatem antiquam Ecclesiae bonnensis exigunt requirunt et extorquent. Item nituntur et student, ut Canonici, Vicarii et alii Clerici Ecclesiae bonnensis praetextu bonorum, quae ex causa Successionis haereditariae, seu aliis justis titulis sibi acquisiverunt accisias, talias ac collectas tribuant et persolvant.

Unde cum iidem praepositi, Decanus et Capitulum a nobis peterent humiliter sibi et Ecclesiae suae in suis Juribus libertatibus et consuetudinibus praedictis contra praefatos iudices Consules, Scabinos et oppidanos subveniri, cum eorum Excessus praedicti essent per facti et rei Evidentiam ita manifesti et notorii, quod nulla tergiversatione possent celari ut asserebant, Nos qui super hujusmodi juribus libertatibus et consuetudinibus Ecclesiae bonnensis et excessibus praedictis, si essent veri ac manifesti, scire volebamus veritatem, ut hi qui in praemissis Obnoxii et culpabiles invenirentur, poena canonica punirentur, citari mandavimus praefatos iudices, Consules, Scabinos et universitatem oppidi praedicti contra praedictos, praepositum, Decanum, Capitulum peremptorie coram nobis ad certam Diem ad respondendum factis et excessibus superius expressis et articulis ex parte eorundem propositi, Decani

et Capituli nobis super hoc traditis et ultra faciendum quod justum foret. Qua die nemine sufficienti responsali pro ipsis sufficienter comparente, pro parte dictorum propositi, Decani et Capituli comparente et contumaciam partis adversae accusante et super hujusmodi factis, articulis et excessibus manifestis veris et notoriis ut decebat procedi petente, Nos exigente justitia partem adversam reputavimus contumacem, decernentes non obstante ipsius contumacia super praemissis per nos facere procedendum. Lite igitur super his in contumaciam partis adversae habita pro contestata procuratore praedictorum propositi, Decani et Capituli omnia et singula praemissa, et ea quae in dictis articulis continentur sub suo Sacramento vera esse asserente, testibus etiam quam pluribus super juribus libertatibus et consuetudinibus Ecclesiae Bonnensis, nec non articulis et excessibus praedictis quod sint et fuerint veri, notorii et manifesti ex parte ipsorum praepositi Decani et Capituli in forma juris productis et examinatis diligenter eisque rite publicatis. Instrumentis etiam quibusdam ex parte eorundem praepositi, Decani et Capituli in modum probationis super sua intentione coram nobis exhibitis, data Copia dicendi in personas et dicta testium praedictorum, et instrumenta praedicta conclusa etiam in causa ex parte dictorum praepositi, Decani et Capituli et ad hunc Actum et ad quemlibet alium actum legitimum dictis Judicibus, Scabinis, Consulibus et Universitate ut Coram nobis certis terminis comparerent, peremptorie citatis et non comparentibus et ob hoc contumacibus reputatis, parte adversa in quolibet termino et actu praedicto legitime comparente et petente in causa hujusmodi procedi partis adversae contumacia non obstante.

Nos pro parte dictorum Judicum, Consulium, Scabinorum et Universitatis habuimus pro concluso, die demum ad ferendam diffinitivam sententiam in causa predicta per citationem nostram partibus hinc inde assignata, videlicet

feria sexta ante Dominicam qua cantatur, Estomihi. Qua die quia nullus sufficiens responsalis pro dictis Judicibus, Scabinis, Consulibus et universitate comparuit, parte dictorum, ppsiti, Decani et Capituli sufficienter comparente ac sententiam ferri, non obstante absentia partis adversae postulante. Nos ipsis Judicibus, Consulibus, Scabinis et universitate contumacibus reputatis, visis et inspectis diligenter depositionibus testium praedictorum, actis litteris, instrumentis, juribus et rationibus coram nobis exhibitis et plane discussis, ac etiam cum aliis pluribus juris peritis deliberatione praehabita diligenti, praesente procuratore dictorum praepositi, Decani et Capituli parte adversa absente per contumaciam declaramus, **sententialiter jus dicendo, quod de consuetudine antiqua observata et approbata piores oppidi bonnensis debent panes suos pistrare et vendere ad libram et pondus Ecclesiae bonnensis, venditores etiam vinorum debent vendere vina sua in dicto oppido ad mensuram ejusdem Ecclesiae bonnensis majores et minores sc. amas, sextaria et caeterae quascunq., et quod subhis mensuris, libris et ponderibus justis et aequis, ab antiquo statu non diminutis vel mutatis, vina et panes vendantur de eadem consuetudine pertinet, pertinere debet et consuevit ad ppositos Ecclesiae bonnensis pro tempore, rae suae dignitatis et officii et eorum Burdecanos nomine ipsorum providere.**

Item declaramus quod hujusmodi mensurae vini per ppsitum seu ejus Burdecanum debent et consueverunt examinari an verae et justae sint, signum suum consuetum canterio impressum, imprimere et mensuris sic approbatis et signatis, quae et singulis annis sub signo praedicto renovari debent. Venditores Vinorum debent per singulos annos in oppido bonnensi vina sua vendere et non per alias mensuras: Et si quis venditor Vinorum aliis mensuris ad ulterinis vel falsis quo modo in venditione vinorum suorum utatur, seu etiam veris mensuris

deciendo contrahentes abutatur, sic delinquens per praepositum bonnensem, seu ejus Burdecanum poenis pecuniariis et aliis pro modo et qualitate delicti debeat puniri et non per alios de consuetudine antiqua et approbata. Item declaramus, quod si pistores panes diminutos pistraverint, tales panes an diminuti sint pistrati, vel ne, debent infra immunitatem bonnensis Ecclesiae, et non alibi per ipsum praepositum, seu ejus Burdecanum nomine suo juxta pondus et libram Ecclesiae bonnensis examinari, et pistor sic seu aliis modis in pane pistrando et pistratum vendendo delinquens debet per dictos praepositum seu ejus Burdecanum et non per alios poena pecuniaria et aliis poenis puniri, et idem panis ad minus inscidi de consimili consuetudine obtenta et observata. Item declaramus, quod ex eo et pro eo, quod iudices, Scabini, Consules, Magistri Civium et oppidani oppidi praedicti puniunt et procedunt contra illos qui falsis ponderibus utuntur et panes diminutos pistrant et vendunt, ac illos qui falsis mensuris in venditione vinorum utuntur, illos etiam qui carnes rancidas et immundas vendunt similiter puniunt et contra ipsos procedunt poenis pecuniariis et aliis et pro eo etiam quod panes diminutos faciunt et fecerunt ponderari extra communitatem Ecclesiae bonnensis, cum haec omnia pertineant ad praepositum Ecclesiae bonnensis pro tempore et suum Burdecanum solos et non alios de consuetudine antiqua et approbata, graviter excessisse, et ipsos in his fore culpabiles, et excessus eorum in praemissis declaramus veros, notorios et manifestos et eos per ordinarium locorum a praesumptione et excessibus hujusmodi Ecclesiasticis, ne de caetero similia attentent et ut de commissis satisfaciant praeposito et Ecclesiae bonnensi sententialiter decernimus compellendos. Item declaramus sententialiter, quod iidem Iudices, Scabini, Consules, Magistri Civium et oppidani oppidi bonnensis ex eo et pro eo quod antiqua et usitata pondera, libras et mensuras vini

majores et minores Ecclesiae bonnensis praedicta de novo immutaverunt, ipsa et ipsas in magna parte diminuendo, et novas contra jus et libertatem Ecclesiae bonnensis faciundo et instituendo, per quae et quas mensurari vina et ponderari panes praeceperunt, et ad quorum praecepta pistores et venditores panes et vini et emptores earundem usi sunt et utuntur quotidie ibidem. — Item pro eo et ex eo quod pistores oppidi bonnensis praedictis iudicibus, Scabinis, Consulibus, Magistris Civium et universitate scientibus et non prohibentibus, cum tamen prohiberi possent 6. denarios Colonienses de quolibet maldero tritici quod pistrant sibi reservant, emptores et pondus Ecclesiae bonnensis sub quo pondere pistrare debent defraudando, graviter deliquisse et in his eos fore culpabiles, ac excessus eorum in praemissis declaramus veros notorios ac manifestos esse, et eos ut utantur de caetero antiquis mensuris et ponderibus usitatis Ecclesiae bonnensis et non novis, quae et quas sibi facere praesumpserunt, et ut dictos pistores tales habeant, ut praefatos sex denarios de quolibet maldro tritici de caetero non retineant et ut de jam commissis satisfaciant pposito. et Ecclesiae bonnensi decernimus ipsos iudices, Scabinos, Consules Magistros Civium caeterosq. oppidanos oppidi praedicti, ac pistores ibidem per locorum ordinarios censura Ecclesiastica fore compellandos. Item declaramus sententialiter quod Canonici, Vicarii praebendarii et alii Clerici, nec non officiiati servientes et familia Canonicorum Ecclesiae bonnensis pro personis suis et pro bonis ad praebendas suas, beneficia et officia, quae obtinent in Ecclesia bonnensi pertinentibus. Item quod Canonici, Vicarii et alii Clerici Ecclesia bonnensis pro domibus, praediis, vineis, agris seu quibuscunq. possessionibus ad ipsos jure haereditario devolutis, seu in posterum devolvendis, seu quocunq. alio justo titulo sibi quaesitis seu imposterum acquirendis nullas talias, collectas, accisias et exactiones quascunq. solvere tene-

antur, et quod ipsi iudices et Scabini Consules Magistri Civium et universitas dicti oppidi eisdem non possint talias, collectas, accisias seu exactiones aliquas imponere, nec ab ipsis seu aliquo eorum exigere.

Decernimus in super dictos Iudices, Scabinos, Consules, Magistratus, Civium et Universitatem memorati oppidi inservientes familiam et officiatos Ecclesiae bonnensis ppsiti, Decani, Capituli seu Canonicorum singulorum ibidem non habere jurisdictionem aliquam de Consuetudine antiqua et approbata nisi forte casus aliquis gravis et enormis propter effusionem Sanguinis vel mutilationem membri vel similis alius casus contingeret, propter quae esset ad altum Iudicium recurrendum.

Item decernimus quod si praedicti iudices, Scabini, Consules, Magistri Civium et universitas dicti oppidi seu aliquis eorum contra praedictas libertates, consuetudines et iurae Ecclesiae Bonnensis quae juxta tenorem declarationis, diffinitionis et Decreti Nostri praedicti inviolabiliter observari volumus et praecipimus, venerint seu venerit per Censuram Ecclesiasticam ad observantiam omnium praedictorum compellendos esse et compellendum: praefatos iudices, Scabinos, Consules Magistros Civium et universitatem oppidi praedicti in Expensis, damnis et interesse quae ipsi ppsitus., Decanus et Capitulum occasione Excessum praedictorum, nec non litis et causae hujusmodi sustinuerunt et incurrerunt eisdem ppsito., Decano et Capitulo per eandem nostram sententiam condemnantes taxatione earundem nobis reservata. Pronunciatum et actum Ao. Dni. 1289 feria sexta ante Dominicam qua cantatur esto mihi.

Tenor Literarum Apostolicarum.

Nicolaus, Episc. Serv. Servorum Dei. Dilecto filio Ecclesiae Leodiensis Salutem et Apost. Benedictionem suae nobis ppsitus., Decanus et Capitulum Ecclesiae bonnensis petitione monstrarunt, quod cum ipsi Winricum Schultetum,

Henricum Rodekan, Joem. Wingandi, Scabinos. Tielmannem phisici, Joaem. dictum Molme., Tezonem de Subloleis, Majores et universitatem oppidi bonnensis Colon. Dioc. super jure ponendi et statuendi mensuras et pondera et cognoscendi de causis in dicto oppido et rebus aliis coram officiali Coloniensi, ad quem de antiqua et approbata et hactenus pacifice observata consuetudine hujusmodi causarum Cognitio in praedicta Diocesi pertinet, non ex delegatione apostolica, traxissent in causam: Idem officialis cognitis causis meritis et juris ordine observato pro dictis ppsito., Decano et Capitulo diffinitivam et in eosdem Schultetum, Scabinos et Majores quia ipsi diffinitive a qua infra tempus legitimum non existit appellatum parere contumaciter non curarunt, Excommunicationis ac demum eorum contumacia exressente in Universitatem eandem ac Ecclesias et qualibet loca Ecclesiastica oppidi praedicti **Interdicti** Sententias exigente Justitia promulgavit.

Quare iidem ppsitus., Decanus et Capitulum nobis humiliter supplicarunt ut Sententias ipsas faceremus robur firmitatis debitum obtinere. Quo circa discretioni tuae per Apostolica scripta mandamus, quatenus Sententias ipsas, diffinitivam scilicet sicut est justa per censuram Ecclesiasticam Excommunicationis vero et Interdicti, sicut rationabiliter sunt prolatae facias autoritate nostra usq. ad satisfactionem condignam, appellatione remota, inviolabiliter observari. Datum apud urbem veterem secundo Calendas Julii pontificatus nostri Ao. tertio. Acta sunt haec omnia in Consistorio antedicto sub Ao. Nativitatis Dni. 1373, feria sexta post festum assumptionis B. M. Virg. gloriosae, hora prima praesentibus honorabilibus et discretis viris Dominis Magistris Reimaro de Brula, Adolpho de Medeme Advocatis. ac Hermanno de Alrode et Jacobo de Deuren et aliis procuratoribus et Notariis de Curia supradicta. — Deinde vero die vicesima nona Mensis Oc-

tobris proxime sequentis hora ima., reportata nobis ex tunc pro tribunali more solito sedentibus in Consistorio praedicto exemplo seu transumpto praesenti per dictum Wilhelmum Notarium nostrum, qui idipsum cum dilectis literis originalibus diligenter auscultatum in oib. et per oia. concordare nobis retulit cuiq. in his et similibus tanq. personae legali fidem adhibendam fore decernimus et habemus nos officialis praedictus ad instantem petitionem Theodorici de Walle in dicta Curia et venerabilium Dominorum Decani et Capituli Ecclesiae Bonnensis praedictae procuratoris et Syndici generalis de quo nobis fidem facit competentem, et procuratorio nomine eorundem et pro eis transumpto seu copiae praesenti, veluti literis originalibus praedictis fidem credulam adhibendam fore, et adhiberi debere praesentium tenore decernimus, ipsumq. ad probandam in iudiciis et extra ubilibet sufficere declaramus et eidem auctoritatem nostram ordinariam interponimus pariter et Decretum: In quorum testimonium p̄stes, literas ac praesens transumptum per dictum Notarium in formam publici instrumenti redigi, scribi et signo suo solito signari mandavimus et fecimus singuli majoris officialatus Curiae praedictae appensione roborari. Datum pronunciatum et decretum in Consistorio praedicto Ao. Dni. et die 29. Mensis octobris et hora prima p̄stibus honorabilibus Viris et discretis Magistris Reymaro de Brula et Theoderico de Oje Advocatis et Henrico de Nussia et Joe. Hüls et aliis procuratoribus et Notariis in Curia praedicta. — Meque Wilhelmo de duobus montibus Clerico Leodiensis Diocesis Apostolica et imperiali auctoritatibus sacris publico dicti venerabilis Dni. mei Officialis Curiae Coloniensis et in ipsa Curia sua jurato Notario, qui quia dictarum litterarum originalium exhibitioni, inspectioni, collationi auscultationi, petitionib., mandatis, decreti interpositioni et aliis praetactis in praesentia dicti Dni. mei Officialis et per eum ac alias ut praefertur factis una cum

dictis Testibus sub Ao. Dni. diebus, horis et in Consistorio ante scriptis iudicatione vero undecima et pontificatus Sni. in Cho. patris et Dni. ntri. Georgii div. providentia dignissima praenarantur papae XI. ao. 3. praesens fui dictum transcriptum seu copiam praesentem cum dictis literis originalibus in omnibus et per omnia concordare inveni et alia praenarrata sic ut praenarruntur fieri vidi et audivi. Ideoque praesens transumptum seu Copiam praesentem de mandato dicti Dni. mei Officialis in hanc formam publicam redegi et occupatus aliis arduis per alium fideliter scribi feci, manuque mea subscripsi et signo meo signavi solito, requisitus in testimonium eorundem.

Collationata est praesens copia per me Joem. Hunffer Notarium juratum Curiae bonnensis una cum Con Notario meo infrascripto et concordat cum sua vera originali litera sigillata sigillo majori Curiae Colon. quod protestor hoc Scriptura manus meae propriae. (Folgt die fernere Beglaubigung des Notars Joh. Kriffg.)

Vigore praescriptae Commissionis Apostolicae Nicolai papae Sententia Officialis Coloniensis postea confirmata est per Decanum Leodiensem, qui Decanus ob non partitionem sententiae praedictae Contra Senatum, iudices, Scabinos et Majores oppidi bonnensis Sententiam Interdicti in Universitatem Ecclesias et quaelibet loca Ecclesiastica oppidi bonnensis per officialem Coloniensem lata confirmavit Ao. 1291 crastino Bartholomaei Apostoli **literarum tenor sequitur in haec Verba:**

Universis pstes. Literas visuris. Decanus Ecclesiae Leodiensis, iudex et executor unicus a sede apostolica deputatus, Salutem in Dno. Literas apostolicas ex parte procuratoris virorum venerabilium ppositi, Decani et Capituli Ecclesiae bonnensis Colon. Dioc. nobis traditas recepimus in hac forma. Nicolaus Eps. Serv. Svrum. Dei, dilecto filio Decano leodiensi Salutem, Apost. Benedictionem. Suae nobis praepositus, Decanus et Capitulum

Ecclesiae bonneensis petitione monstrarunt quod cum ipsi **Winricum** Scultetum d. ut supra. Datum apud urbem veterem 2 do. Kal. Julii pontific. nostri Ao. 3tio. Quorum autoritate ad instantiam procuratoris antedicti Nos Schultetum, Scabinos, Majores et universitatem Oppidi Bonnensis ad certam diem citari fecimus coram nobis, ut contra praedictos ppsitum., Decanum et Capitulum sufficienter comparerent, et facerent dicti Schultetus, Scabini, Majores et Universitas contra dictos ppsitum., Decanum et Capitulum et e contra super observatione sententiarum diffinitivae sc. Excommunicationis et Interdicti, de quibus in litera papali lecta superius tangitur, quod justum existeret secundum traditam nobis formam. Die igitur Citationis procuratoribus dictarum partium comparentibus coram nobis, procurator dictorum praepositi, Decani et Capituli procuratori dictorum Schulteti, Scabinorum, Majorum et Universitatis petitionem seu libellum edidit sub his Verbis: Coram nobis Dno. Decano Ecclesiae leodiensis giudice seu Executore a sede Aplica. delegato dicit et proponit procurator praepositi, Decani et Capituli Ecclesiae bonnensis, Coloniensis Dioecesis noe. procuratorio pro eisdem contra Schultetum, Scabinos Majores et Universitatem Oppidi bonnensis, quod cum ipsi dictos Schultetum, Scabinos, Majores et universitatem super Jure ponendi et statuendi mensuras et pondera et cognoscendi de causis nunciorum et familiae eorundem, quae oia. ad ipsos ppositum., Decanum et Capitulum spectabant in dicto oppido et super eo quod ipsi laici ipsos ppositum., Decanum et Capitulum, qui et quorum officii fuerant in possessione et quasi faciendi et exercendi praemissa in dicto oppido a possessione et quasi hujusmodi eiecerant violenter, ipsos libertate et juribus hujusmodi temere spoliando, et super eo quod dicti laici collectas, accisias et tallias rebus omnibus quae vendbantur in pane et vino et aliis quibuscunque in dicto oppido novas instituerunt et imposuerunt,

exegerunt et receperunt minus juste etiam antiquas mensuras et pondera in magna parte minuendo contra publicam utilitatem: et super eo quod etiam in ipsos ppositum; Decanum et Capitulum, nec non vicarios et Clericos Ecclesiae bonnensis et familiam eorundem exactiones novas et illicitas fecerunt in grave damnum et praejudicium ipsorum ppositi., Decani et Capituli et Ecclesiae bonnensis contra antiquam consuetudinem et libertatem ejusdem Ecclesiae super praemissis observatam quae oia. et Excessus hujusmodi sicut erant, proponebant contra dictos laicos, veros, notorios et manifestos et rebus aliis coram discreto viro officiali Curiae Coloniensis auctoritate ordinaria traxissent in Causam. Idem Officialis cognitis ipsius causae meritis, juris ordine qui in talibus observandus fuerat, observato, pro dictis pposito., Decano et Capitulo definitivam sententiam, et in eosdem Schultetum, Scabinos et Majores, quia ipsi diffinitivae parere contumaciter non curarunt, Excommunicationis, ac demum eorum contumacia exersente in universitatem eandem ac Ecclesias oppidi praedicti, Interdicti sententias exigente justitia promulgavit. Quare petit idem Pror. et supplicat officium Nostrum super hoc implorando noe. procuratorio pro Dominis suis et inspectis et visis et examinatis actis et processibus super praemissis inter dictas partes coram dicto officiali Coloniensi habitis sententias ipsas definitivam Excommunicationis et Interdicti faciatis auctoritate vobis in hac parte commissa robur firmitatis debitum obtinere et usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari et ultra statui quod de Jure super his fuerit statuendum cum vobis constiterit de praemissis ut de his quae sufficiat ex actis legitimis documentis, maxime cum dicti rei praemissa seu ex eis, quae sufficiant coram probis et fide dignis recognoverunt esse vera. Haec dicit et petit salvo. Sibi jure addendi, minuendi, mutandi, declarandi, corrigendi et aliis juris beneficiis praedictis Dominis suis

valeant salvis sed quod praelato dictis Dominis suis, ac si plura proposita non fuissent, protestans etiam de expensis occasione litis praedictae in Judicio ex tunc factis et faciendis, in quibus etiam petit dictos oppidanos pro fatis Dominis suis seu procuratorio noe. eorundem per eandem sententiam condemnari. Verum procurator dictorum Reorum die certa sibi et suis Dominis per nos assignata ad deliberandum super dicto libello, habitis interim legitimis induciis non comparuit, ne aliquis pro suis Dominis ante dictis, quos nos secundo ad diem aliam citari fecimus coram nobis in Causa praedicta contra dictos ppsitum., Decanum et Capitulum secundum retro acta cum intimatione debita processurum et ulterioribus pro ut justitia sua deret, sed quoniam dicti Rei ad diem praedictum non venerunt, nec pro se miserunt, parte altera comparente et quantum debuit exspectante. Nos eos contumaces sicut debuimus reputantes ipsos tertio, ne nihil de contingentibus omittere videremur citari fecimus coram nobis ad diem aliam ad respondendum libello eis ex parte dictorum actorum tradito et procedendum in causa ulterius, ut jus esset, cum intimatione quod sive venerint, sive non, nos nihilominus in causa ipsa procederemus, pro ut de Jure procedere deberemus. Injungi etiam fecimus partibus quod ad praedictam diem acta et Instrumenta oia. ppalis. causae coram officiali Coloniensi exhibita nobis reportarent: Sed et tunc ipsi Rei more solito nec venire, nec mittere curaverunt, parte semper altera comparente, Acta quoque nobis Coram Officiali Coloniensi habita reportante et in judicio exhibente, propter quod ipsos merito iterato reputavimus contumaces. Et ne Causa nobis commissa plus debito deferretur, litem hujusmodi reputavimus pro quasi legitime contestata, citariq. fecimus partem Ream Leodii coram nobis ad certam diem ad dicendum et alligandum quidquid vellent dicere vel alligare in causa praedicta ad audiendum Examinationem

sententiae prioris iudicis et processibus an sint iusti et an in eos sententiae Excommunicationis et interdicti rationabiliter sint polatae, pro ut haec oia. in actis super hoc confectis plenius continentur.

Tenor Sententiae latae ab officiali Coloniensi.

In nomine Dni. Amen. Universis pstes. literas inspecturis, officialis Curiae Coloniensis ad pptuam. rei memoriam. Ne effrons malitia perversorum quae plures a via rectitudinis aberrantes ducit in devium per immunitatem commissi sibi sumat audaciam liberius delinquendi, expedit etc. ut supra. pronunciatum et actum Ao. Dni. 1289 feria 6ta. ante dominicam quam cantatur Esto mihi. — Nos igitur visis actis coram officiali Coloniensi super his habitis et eis plene ad diligenter examinatis et juris ordine in omnibus observato, habito super hoc consilio juris peritorum, invenimus dictam definitivam sententiam pro dictis, pposito, Decano et Capitulo bonnensi contra Schultetum, Scabinos, Majores et universitatem oppidi bonnensis per Officalem Coloniensem latam justam esse, sentias quoque Excommunicationis in Schultetum, Scabinos et Majores praedictos, nec non interdicti in Universitatem, Ecclesias et qualibet loca Ecclesiastica oppidi bonnensis praedicti fore rationabiliter promulgatas. Ideoque autoritate nobis in hac parte commissa dicimus et pronunciamus dictas sc. diffinitivam Excommunicationis et Interdicti sententias robur firmitatis perpetuum, obtinere, et eas debere usq. ad Satisfactionem condignam firmiter observari. In cujus rei testimonium praesentibus literis sigillum nostrum et appensum. Datum et actum in crastino beati Bartholomaei, quod fuit 6. Kalendas Septbris. Ao. Dni. 1291.

Unter dieser Urkunde findet sich folgende Notiz. Extract aus der Polizei-Ordnung fol. 127, wie die Wein Accisen der Stadt Bonn sollen eingenommen werden. Clausula concernens.

„Es soll aber Probst, Dechant, Capitull und andere

„Personen der Kirchen St. Cassy wegen habender Immunität und Privilegien in dieser obgerechter und allen andern Accizen und Beschwernissen und Haushaltungs betrifft mit begriffen, also das desfalls die Keuffern sowohl als auswendige, ahn den pforten und sonsten befreyet sein sollen.“

Das Achter-Buch der Stadt Andernach. 1)

Als wie beuorn vor vielen Jahren Etliche Irthumb und Zwenspalt in Gemeiner Bürgerschaft zu Andernach zwischen dem Hochwürdigsten Churfürsten Erzbischofen zu Cöllen und Gemeiner Bürgerschaft begeben und zugetragen, dardurch Hochgemelter Churf. Bischoff Hermann von Weda 2c. itgemelte Irthumb und Zwenspaldt aufzuheben, zu verdragen und vergleichen, ahn die Erwürdige Herren Thom Capitularen als Grundtherrn auch die Wollgeborne Grafen, Ritterschaft und sämtliche verordnete Herren Bürgermeistern gemeinen Cöllnischen Erbstift Cöllen, gelangen lassen, solche Mengell und gebrechen ahnzuhören und zu vergleichen. Also gemelte Bürgerschaft anfenglich sich beclagt, das Sey von Einem Ersamen Rhatt der Statt Andernach ahn solchem Verdrag, so Erzbischoff Philippus aufgericht, solte verhindert und abgehalten sein worden.

Zum Andern das sey Niemandts haben dardurch sey Ihr Anligen und Beschwernis, dem Rhatt ahn und vortragen mögen.

Zum Dritten, daß Sey bei der Jahr Rechnungen Niemandt haben.

Welche Irthumb also durch Hochgemelten Churfürsten, sambt Anwesenden Herren, Inhalt Brief und Siegell aufgehoben und verglichen undt also zu der Zeit Acht Mennner auß der Gemeine Bürgerschaft von den Bornehmsten,

1) Auf Pergament 4to mit farbigen Initialen in unserm Besitz, als Nachtrag zur Geschichte Andernachs in Hest II. mitgetheilt.